

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Ex psalterio Mariano S. Bonaventuræ ad B. V. sive ex Psalmi ad B.  
Virginem applicatis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

340 illam videris ad migrandum optimè paratam ad majorem tuam gloriam.

Ex psalterio Mariano S. Bonaventura ad B. V.  
sive ex Psalmis ad B. Virginem applicatis.

Domina benedicta sit dulcedo misericordiae cordis tui. Ps. 8. Ne projicias nos in tempore mortis nostræ, sed succurre animæ, cum deseruerit corpus suum. Ps. 19. Mitte Angelum in occursum ejus, per quem ab hostibus defendatur. Ostende ei serenissimum Judicium sacerdorum, qui ob tui gratiam veniam ei largiatur. Sentiat in pœnis refrigerium tuum, & concede ei locum inter Electos Dei. Ibid. In manus tuas Domina commendo spiritum meum, totam vitam meam, & diem ultimum meum. Ps. 30. Vide Domina, quoniam tribulor. Expande manus tuas, succurre, ne peream. Nemoreris propter gratiam nominis tui, ut efficiaris mihi in gaudium & salutem. Ps. 70. In manu tua salus & vita consistunt, lætitia perpetua & æternitas gloriæ. Resperge cor meum dulcedine tuâ. Ps. 71. Fac Domina, ut vivamus in gratia Spiritus S. & perduc animas nostras ad sanctum finem. Ps. 86. Excita spiritum meum ad amandam bonitatem tuam. Excita mentem ad extollendam nobilitatem tuam. Ibid. Suscipe in fine animas nostras, & introduc nos in requiem æternam. Ps. 94. Gloriosum & admirabile est nomen tuum. Qui illud retinent, non expavescerent in puncto mortis. Ps. 116. Esto ani-

animæ meæ scala ad regnum cælorum , & iter  
rectum ad parædisum Dei . Ps. 113.

Pono post Deum in te omnem spem & fidu-  
ciam meam ; quia sic Deus Pater vult , qui te  
in filiam , quia sic Deus Filius vult , qui te in  
Matrem , quia sic Spiritus S. vult , qui te elegit  
in Sponsam , & quidem in gradu super omnes  
creaturas excellentissimo . Quia Deus Trinus &  
Unus omnem gratiam per te velut canalem in  
homines defluere vult , & Angelorum ac ho-  
minum cæli & terræ Reginam constituit . Om-  
nia hæc sunt infinita decora . Gratissimum ta-  
mentib[us] est , quod ne vel uno momento un-  
quam fueris sub potestate Dæmonis . Hoc Im-  
maculatæ Conceptionis Mysterium semper de-  
votè colui , & colam usque ad ultimum vitæ  
meæ momentum . Et sicut ego de primo tam  
felici vitæ tuæ momento tibi animitus gratulor ,  
itâ tu in ultimo hoc vitæ meæ momento me non  
deseras .

O Sancte Josephe , qui præ omnibus morta-  
libus electus es , ut esses conjux beatissimæ Vir-  
ginis , Nutritius Filii Dei , & datus es à Deo  
omnium morientium Patronus . Per dolores ,  
labores , angustias , sollicitudines , quas in nato  
Jesulo fovendo , in Ægyptum ducendo , in  
quærendo JESU duodenni per triduum , & in-  
veniendo in templo , ac postmodum enuntien-  
do sustinuisti . Rogo & adjuro te , ne me do-  
seras in hora mortis . Tu primus es mortalium ,  
cui morienti adstiterit JESUS & Maria , in quo-  
rum reali amplexu ex hac vita emigrâsti . De hoc

singulari prorsus privilegio , de tot aliis singu-  
laribus p̄æ cæteris gratiis & meritis tibi animi-  
tus gratulor. Respice quæsō agonizantem  
Clientem tuum , cum JEsu & Maria morienti  
adsis , & à Deo mihi impetra , ut ultimum ver-  
bum, ultima cogitatio , corde contrito sit JEsus,  
Maria , Joseph. Et in sanctissimis JEsu ac  
Mariæ brachiis expirem.

*Alia Oratio ad S. Josephum.*

**O** Sancte Josephe , volo cum singulari animi  
mei solatio quædam recolere , q̄uæ ex S.  
Script. aut tibi applicantur , aut de te narrantur:  
*Vir fidelis multum laudabitur , & qui custos est*  
*Domini sui , glorificabitur.* Prov. 27. 28. Cu-  
stodi me amore JEsu , quem tam sollicitè custo-  
divisti. *Fuit Dominus cum Joseph , & misertus*  
*illius dedit ei gratiam in conspectu Principis carce-*  
*ris , qui tradidit in manu illius universos vincetos;*  
Gen. 39. O mi Sancte Joseph , Josephus ille  
Ægypti & Pharaonis Regis quasi Pater typus tui  
in multis fuit. Fac , ut miseteatur mei Deus , &  
inveniam gratiam in oculis JESU Principis car-  
ceris & purgatorii & inferni. Ostende in clien-  
te tuo ; quod ille dederit in manibus tuis omnes  
vincetos in carcere purgatorii , & ex eo mihi li-  
berationem citò procura. *Efuriente terrâ Æ-*  
*gypti clamavit populus ad Pharonem alimēta pe-*  
*tens.* Quibus ille respondit : *Ite ad Joseph , & quid-*  
*quid ille dixerit vobis , facite.* Gen. 41. O sancte  
Joseph , ego in mortis angustiis constitutus  
es tu